Digitized by Google

36
11 C
27

IDEÆ MATHEMATICÆ PARS PRIMA, SIVE

METHODVS POLYGONORVM,

QVA

Laterum, perimetrorum & arearum cujuſcunque polygoni inveſtigandorum ratio exactiſſima & certiſſima; unà cum circuli quadratura continentur.

AVTHORE

ADRIANO ROMANO LOVANIENSI,

MEDICO ET MATHEMATICO.



S P B C N

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

ANTVVERPIÆ, Apud Ioannem Keerbergium.

ANNO CIↃ. IↃ. XCIII.

36 11. C 27

Extractum ex Privilegio.

PHILIPPVS *Dei gratia Hispaniarum Rex, &c. Dux Brabantiæ, &c. Concessit* M. Adriano Romano Lovaniensi, Artium Magistro & Medicinæ Licentiato, *authoritatem qua imprimere & distrahere curet opus quoddam suum Mathematicum, cuius titulus* IDEA MATHEMATICA: *ut latiùs patet in originali privilegio dat. Bruxell. anno* 1590. *Die* 7. *Mensis Novembris.*

Subsignatum

De Roij.

Ideam Mathematicam Adriani Romani, Lovaniensis Medici, prælo dignam censeo:

HENRICVS CVYCKIVS. Pontificius & Regius librorum Censor.

36.11.C6.27

REVERENDO ADMODVM IN CHRISTO PATRI CHRISTOPHORO CLAVIO *Societatis* IESV, *Mathematico noſtri ſeculi tum doctiſſimo tum celeberrimo*. S.

VNIVERSÆ Matheſeos ideam aliquando mihi finxi atq; præ oculis poſui REVERENDE PATER, ut quidnã hęc ſcientia omnium ſcientiarum Regina Matheſis, ambitu ſuo complecteretur mihi conſtaret. Cumq; ut univerſalia capita inveſtigarem, particularia omnia mihi priùs cognoſcēda viderem, ea certè quæſivi diligentiſſimè. Nec paucorum menſium fuit is labor: tot enim tantaque mihi occurrerunt particularia capita, ut de idea omnino dubitarem; Verùm animum meum tum temporis anxium valde, plurimorum doctiſſimorum virorum ſcripta & labores quibus univerſam ferè Matheſin contineri perſpicerem, poſteà non parum levarunt. Itaque quæ ab alijs plenè ſufficienterque eſſent conſcripta vix extremis digitis volui attingere, locaque unde ea peti meritò poſſent annotaſſe ſuffecit: quæ verò ab omnibus intacta, vel aliquibus malè (ne dicam fraudulenter) ſcripta ſunt, ea ſumma diligentia excutere fuit animus. Inter hæc meritò numerari poteſt Polygonorum doctrina, quam veteres attigere tantùm, cùm nobis quatuor tantum primaria, cum ijs quæ ab his per numeri laterum duplicationem oriuntur reliquerint, reliquorum certè vix ulla facta mentione. Ex recentioribus hanc ingreſſus eſt provinciam ſolus (quod equidem ſciam) Orontius Fineus; ſed quàm benè referre pudet, nedum docti, ſed & leviter Geometriam callentes noviſſe poſſunt. Hoc unum dicam exiſtimare me, virum illum doctiſſimum non adeò fuiſſe excæcatum, ut ſuam doctrinam quam ſcriptis in lucem dedit, apud ſe ratam & certam verámque haberet, ſed potiùs ſub veræ doctrinæ ſpecie ſeu larva divulgaſſe, ut nos omnes

ſuo exemplo ad polygonorum inveſtigationem incitaret. Præter polygona aliud reperi æquè (ſi non magis) intricatum atque à pluribus, tam recentioribus quàm antiquis tentatum; curvi videlicet ad rectum proportio, terminis Geometricis primùm, deinde Arithmeticis definita; hæc nomine quadraturæ circuli circumferri ſolet: in qua æquè ut in Polygonorum doctrina noſter hæſit Orontius, cum reliquis omnibus (uno Archimede excepto) antiquis & recentioribus. Vtrumque horum & ego meditatus ſum; Circuli quidem quadraturam ut invenirem, omnium qui de ea ſcripſerunt doctrinam examinavi, erroresque deprehenſos annotavi, tandem magnis laboribus vigilijsque adhibitis, proximam perimetri ad diametrum proportionem inveni: uti ex ijs quæ poſt diſpoſitionem librorum hujus operis ſubduntur, patebit. Polygonorum autem doctrinam cùm viderem univerſæ Matheſi adeò neceſſariam, ut citra eam totius Matheſeos fundamẽtum, Tabula videlicet chordarum, omnino conſtare non poſſet, ſedulò in eam curam incubui, ut rationem aliquam generalem omnium polygonorum lateribus inveſtigandis ſervientem invenirem, cumque jam pluribus annis huic labori me dediſſem, triplex tandem (licet non eodem tempore) mihi occurrit via, totam hanc Matheſeos partem accuratiſſimè perficiendi, quarum duas priores jam confeci: pro tertia comparationem quantitatum pro omnibus figuris ordinatis, à triangula uſque ad eam quæ octogi͂nta conſtat lateribus jam inveſtigavi, neque ulteriùs progredi eſt animus. Quomodo verò ex hiſce æquationibus latera inveſtigari debeant non docebo; ſed munus id LUDOLPHO VAN COLLEN omnium Arithmeticorum qui ſunt, aut fuerunt unquam facilè Principi, committam; ut is ex inventis à nobis æquationibus, per Algebraicam doctrinam, latera quæſita inveſtiget, quod ubi æquationes noſtras receperit, ſe facturum promiſit. Hæc ſunt ea ferè quæ circa polygona ſum meditatus, pluribusque libris comprehendi; ex quibus cum quatuor prioribus extremam appoſuiſſem manum, eos in lucem dare volui, idque ſub nominis tui auſpicijs faciendum duxi; varijs & non levibus cauſis motus. Nam cùm hæc mea ab omnibus intelligi non poſſe cognoſcerem, ideo te præ cæteris laborum meorum malui eligere cenſorem, ut qui (ſi quiſquam id ſperare poſſit) ad faſtigium hujus perve-

perveneris ſcientiæ; quod præ ingenij mei tenuitate deſcribere quidem non poſſum, atque etiamſi adumbrare forſan poſſem, modeſtiæ tamen tuæ (uti quæ laudes humanas omnes ſpernat) memor, nolo: quinimo ſi id facerē, fruſtra facerem, cùm nominis tui celebritas omnes totius orbis angulos adeò impleverit, ut meo non egeat præconio. His accedit quòd cùm nullam Matheſeos partem reliquiſſes intactam, quæve non ſcriptis tuis illuſtraretur, tamen in Euclideis tuis, hanc doctrinam te deſiderare ſignificaſti, uti quæ ſummam Aſtronomis eſſet allatura utilitatem; huic deſiderio tuo ex parte ſatisfactum iri exiſtimavi, ſi hos novellos meos conatus tibi offerrem. Demùm cùm Coloniæ in Collegio Societatis IESV Matheſeos, uti & reliquarum Philoſophiæ partium, mea hauſiſſem fundamenta, æquum mihi videbatur, ut ei Societati fructuum meorum offerrem primitias, à qua prima in me plantata fuerunt ſeminaria. Accipe igitur REVERENDE PATER munuſculum hoc exiguum quidem, vigilijs tamen laboribuſque adhibitis quam-plurimis conſcriptum, Methodi videlicet Polygonorum libros quatuor; quod ſi eos lectioni dignos, Reipublicæque utiles inveneris, tum ad reliquorum editionem me accingam. Supereſt itaque ut DEVM OPT. MAX. omnis ſcientiæ & Sapientiæ largitorem, pro Reverentia Veſtra Clariſſima ſuppliciter orem, & indefeſſis continuiſque precibus interpellem, ut eas quas in te ubertim infudit varias, multipliceſque animi dotes, tueatur, amplificet, totique orbi Chriſtiano alat. Vale Pater Clariſſime, meque ut hactenus feciſti ama. Lovanij 11. Kal. Mart. anni redemptionis humanæ 1593.

Reverendæ Paternitati veſtræ
addictiſsimus

ADRIANVS ROMANVS.

IN METHODVM POLYGONORVM ADRIANI ROMANI MEDICI ET MATHEMATICI INSIGNIS.

AD IPSVM.

ROMANE *ingenio potens & arte,*
Mensurator itémque calculator,
Euclides cui vix vel Archimedes
Se componeret: euge, te beatum
His novis simul & laboriosis
Inventis! quibus & queas arenæ
Metiri cumulos, & astra cæli;
Et quidquid numeros fugit modosque,
Sub tuos numeros voces modosque.
O mens ignea perge, téque tolle
Famæ pennigero levata curru
En priscos super & super novellos.

I. LIPSIVS.

IN METHODVM POLYGONORVM ADRIANI ROMANI *tanquam Oceanum quendã Mathematicum,* THOMÆ FIENI CARMEN.

ECce Mathematicum fœlici flumine noster
ADRIA iampridem influxerat OCEANVM:
Retrogrado vidi quantarum gurgite laudum,
Alter in illum ADRIAM reffluit OCEANVS.
Ille tumens cæli radijs, dum nunc vice versa
Se primum rursus fundit in OCEANVM,
En longè aspectum nobis ubi finit Orizon,
Quis refluat laudum fluctus ab OCEANO!
Alternis dum sic miscentur fluctibus, undas
Imbibit has laudum & ADRIA ab OCEANO.
Quid mirum est illas toti innotescere mundo
ADRIA quà fluit, & quà patet OCEANVS?

BER-

BERNARDVS LORDEL MOSOMENSIS,

IN METHODVM ADRIANI ROMANI LOVANIENSIS.

INter eos quêis igne animus meliore calescit,
Mens eadem paucis, ducit sua quemq; cupido.
Ille gravi mentis penetrans indagine rerum
Haurit opes, atque inde novum Theoremata fœtum
Parturit ingenij, satis hûic meditasse, sed ille
Non celanda putat prægrandi inventa labore,
Ast inventorum condit nova fercula melle
Nectareisq; favis usus, quêis fervet orexis
Ingenij, praxiq; novo tibi singula mandat
Sudore, hinc sua cum merito debetur vtrisque
Laus, cujus vivat celebris per secla propago.
Tu verum mea ROMA *potens, vereq; tumescens*
ADRIA *musarum lymphis, quem Delius orbem*
Luce nova lustrans, tremulis vel fluctibus abdens
Auricomum jubar, aurifluos dum colligis imbres
Addictum musis videt, adfixumq; labori.
Te tuus ille tua mentis vigor, ignea virtus
Tam longè ante alios unum extulit, ut tua labris
Purpureis Astræa suis dictasse putetur.
Nam tibi non reperisse satis sublimia, grande
Sit licet hoc, ast Herculeo scrutata labore
Exequeris praxi, cumulando frugis aceruos,
Præ quêis auratam nihil est Pactolus arenam
Despumans, nil Attalici, nil munera Persæ.
Quantæ molis opus fuit hoc, quantiq; laboris!
Scilicet egregius sudor, memorandaq; virtus,
Quæ tibi percussit valido præcordia Thyrso,
Fecit ut evincas quæ territa turba labore
Immenso, non ausa fuit libare, vel ipse

Mente

Mente aliis maior, sublimis Orontius arte,
Hoc tentare ausus nacto funebria honori
Fecit, & exosam sparsit per secula famam.
Dum præceps vero Theoremata dissona figit,
Vt docti norunt & calculus edocet arte.
Di quantos statuis numeros! non machina mundi,
Si fiet illa triplex, tot prêhendere possit arenas,
Quot monades numeri includunt quos sæpè recludis.
Gaudeat Herculeo nunc ergo Geometra partu
Hoc, per quem facilis tabulæ structura volenti est
Chordarum, sinuum, ac rerum queis abdita promet:
Et mensura patet longi, lati, atque profundi.
Gaudeat Astræus tabulis qui fretus ijsdem,
Iam quantis cælo volvantur tractibus ignes
Norit, & an certis moveantur legibus orbes.
Nunc plausu exultet mensor cæliq; soliq;,
Cui valet Herculeum liber hic mollire laborem.

Idem ad Authorem.

Sic age Mathesin decus immortale colentûm,
Atque Machaonij gloria magna chori.
Nunc parias etiam reliquos ex ordine fœtus,
Quos tibi mens dudum turgida parturijt.
Ne cela, obstupui glomerata volumina cernens,
Quæ tu sudati plena laboris habes.
Hoc age, divitias mentis, mysteria pande
Abdita, quæ paucis cudere multa soles.
Hoc age, Nam genij turgent tibi lacte papillæ,
Et partus nobis ingeminare potes.
Sic tua gemmato vivax rumore virescet
Gloria, & æterna laude perennis eris.

ADRIA-

ADRIANVS ROMANVS LECTORI PHILOMATHI S.

DOctiſſimi pleriq; viri catalogos eorum qui ab initio mundi ad hæc uſq; tempora, in quibuſcunq; orbis terrarũ partibus, Matheſin ſuis laboribus vigiliiſq; illuſtrarunt, conſcripſere, operibuſq; ſuis præmiſere: Quorum ſtudium laudem meretur non vulgarem: quod beneficiorum à prædeceſſoribus acceptorum eos memores eſſe, faciat manifeſtum. Verùm cum eos id diligenter ſatis feciſſe animadverterim, ne eandẽ & ego cãtilenam in hàc Idea Mathematica occinerem, à labore hoc ſuperſedere volui: aliquos tamen mihi notos, atq; hoc tẽpore vivẽtes omittere non potui, quos nocte dieq; in hoc doctiſſimo Mathematico pulvere verſari ſcio. Ne verò critici (ad quod omnino ſum ineptus) munus obire cogar, eos ordine Alphabetico enumerabo.

CHRISTOPHORVS itaq; CLAVIVS Bambergenſis Societatis IESV primus occurrit, qui certè ad Matheſin illuſtrãdam à Deo nobis cælitùs demiſſus eſſe videtur, atq; in Gymnaſio Romano publicè docendo maximam conſequitur laudem. Sed aliqua de hoc viro referre ſuperfluum videtur, cùm opera ejus doctiſſima pleraq; etiã ſæpius edita, quæ virum hunc ſatis commendare valent, omnium terãtur manibus; Vti Arithmetica, Triangulorum, ſinuũ, tangentium & ſecantium doctrina, adhæc cõmentaria doctiſsima in Euclidem, Theodoſium, & Ioannem de Sacroboſco, Prætereà Gnomonices opus ſi quod aliud accuratiſsimum, atq; Calendarij novi rationes. Neq; hiſce vir ille doctiſſimus contentus fuit, ſed quotidie molitur nova: Aſtrolabium nunc præ manibus habet, quamprimùm in lucem emittendum, plurima alia tùm utiliſsima, tùm jucundiſsima meditatur.

GVIDVS VBALDVS è Marchionibus Montis, vir hac ætate non minùs ingenij, atq; doctrinæ præſtãtia, quàm generis nobilitate clariſsimus, nobis exhibuit Planiſphæriorum theoricam, ſubtiliſsimis inventis refertam, Mechanica quinetiam, atq; in Archimedis de Æquipõderantibus libros paraphraſin, omnia ſummo ſtudio & diligentia elaborata.

IOANNES ANTONIVS MAGINVS Patavinus libris in publicum datis clariſsimus eſt: ejus ſecũda mobilia & ephimerides tanti apud omnes hodie fiunt, ut omnium qui anteà eandem rem tractarunt labores, jam quaſi ſupprimi comperiam. Certè quot laboribus nos levarit & nos ſcimus, & poſteritas cognoſcet. Anno elapſo unicus eiuſdem de planis triangulis prodijt liber mihi nondum viſus.

IOANNES CORNETS GROTIVS Vir nobilis, Philoſophus excellentiſsimus, Muſicam (in qua tam vocali quam organica præ reliquis omnibus excellit) ab imis fundamentis renovat. In ſtatice, catoptrica reliquiſque Matheſeos partibus, quinimò & in univerſa Phyſica, ſpeculationibus opus ſubjungere eſt ſolitus. Hinc ijs quæ Alhaſen, Vitellio & Euclides de perſpectiva nobis reliquere non contentus, etiam ſingula oculis inſpicienda (præparatis ad eam rem magno ſumptu neceſſarijs) exhibet.

LUDOLF VAN COLLEN vir, si quispiam alius, Matheseos secretioris peritissimus, cui in Arithmeticis parem nulla hactenus ætas habuit, nec facilè est habitura. Huic nullus quantumvis intricatus in Algebraicis proponi posset nodus quem non solvere polliceatur. Hinc mihi sæpe asseruit, reque ipsa comprobavit, non posse tot inter se æquari quãtitates Algebraicas, etiam si viginti vel triginta proponerentur, quin valorem singularum in numeris vulgaribus posit exhibere, etiamsi quantitates quæsitæ absurdo (ut vocant) numero exprimi debeant: idque tam exactè facere pollicetur, ut unius unitatis vel parte millies millena millesima à vero aberrare non cogatur.

Quare Cardanum, Stiphelium, Ianverum, Gosselinum, Forcadellum, Scebelium, Peletarium, Lucam, Villafrancum, Tartagliam, Nonium, reliquos præcedentis ætatis viros, qui vel tribus inter se collatis quãtitatibus (V.G. ubi cubus radici & numero, hoc est, quantitas tertia primæ cum annexo absoluto æqualis ponitur) singulas universali aliqua regula indagare non potuerunt. SI verò in aliquo orbis angulo reperi posit quispiam, qui cum illo in hac palestra certare audeat, materiam subministrabo: exemplum in fine hujus præfationis positũ, in quo viginti quatuor inter se cõferuntur quãtitates solvat; Nõ dubito quin Ludolfus, viso hoc meo libro, quamprimùm ad solutionem ejus accedet. Nec tãtum in Algebraicis, sed & in reliquis occultissimis Matheseos partibus, uti Geometria, Statice, reliquisque ita versatus est, ut nihil aliud quam singulas partes, toto suæ vitæ tempore scrutatus videatur. Imò ita Mathesin usui applicavit, ut Athleticam (in qua est exercitatissimus, ex cujus schola tanquam ex equo Trojano reliqui omnes qui in Belgio hanc artem docent, profecti sunt) ratione Geometrica confirmaverit & illustraverit.

MICHAEL COGNETUS in universa Mathesi exercitatissimus, uti opera ejus partim in lucem edita pulcherrima, diversis linguis conscripta, partim manuscripta (quorum inspiciendorum dum Antvverpiæ essem, mihi fecit copiam) Arithmetica, Geometrica, Stereometrica, Geodetica, & Astronomica, singulari doctrina referta, quãdo in lucem prodibunt testabuntur. Taceo illius viri organa Mathematica exquisitissima ab eo cõstructa, quæ admirantur suspiciuntque qui hoc studio delectantur nobiles. Taceo & Horologia ab eo in diversis Antvverpianæ civitatis parietibus juxta eam doctrinã, quã justo volumine descripsit constructa. Unum hoc addere libet, eum in doctrina secundorum mobilium restauranda non segnitur versari, ita ut brevi novas nobis theoricas polliceatur.

NICOLAUS PEETERSEN Arithmeticæ etiam secretioris Algebraicæ peritissimus, cujus Arithmetica Belgica lingua conscripta omnium teritur manibus, discipulósque è sua schola emittit doctissimos.

SIMON STEVINUS Brugensis vir certè supra communem omnium captum, in Mathesi versatus Arithmeticam absoluta methodo Gallicè conscriptam, in lucem emisit, ac talem quidem, ut si nihil aliud ab eo expectaretur, jam omnibus satis se mundo fuisse utilissimum declarasset; in ea etenim Arithmeticæ vulgaris atque etiam figuratæ seu Cossicæ regulas, in pulchriorem quam hactenus ab ullo factum sit, ordinem digessit, praxin subjungit, Diophantum illustravit, Euclidis totum librum decimum, qui est de incommensurabilibus quan-

quantitatibus,paucissimis propositionibus comprehendit,plurimaq; alia complectitur rara lectuq; dignissima. Huic Arithmeticæ continem Geometriam uniuersam simili ordine & methodo,similibusq; regulis scribere conatur,cujus exiguam quandam portionem in libris quinq; problematum Geometricorum exhibuit. Nec ijs contentus fuit, sed præterea nobilissimam & abstrusissimam eam Matheseos partem quæ Statice dicitur, nō modò instauravit illustravitve, sed è fundamentis verissimis,longaq; experientia cōfirmatis, de novo extruxit, linguaq; Belgica pura & nitida(quam linguarū omnium totius orbis docet esse principem) conscriptam in lucem emisit: cui operi quid statui possit par non video. Is vir adeò rei ponderariæ peritus est,ut nullum ei offerri valeat pōdus, quantumcunq; grave, quod non parvis viribus, faciliq; instrumento Pantocratore movere possit. Hinc in regionibus maritimis,machinarum quibus terra à mari defendatur, præfectus est constitutus; quod munus eum magna cum laude, omniumq; admiratione obire intelligo.

TICHO BRAHE Danus nobilis in restauranda Astronomia versatur, non segniter cælestia phænomena nocte dieq; observando,leges Astronomiæ observatis accommodando, prout libri ejus de progymnasmatis instaurandæ Astronomiæ,omnibus facere possunt notissimum.

VALENTINVS OTTO peritus Mathematicus(uti literis amicorum accepi) nobis hocce anno præsenti pollicetur Canonem triangulorum, anteà à GEORGIO IOACHIMO RHETICO inchoatum, opus sane desideratissimum. Sed quoniā Rhetici à nobis facta est mentio,non incongruum mihi videtur si ejus conatus, Mathematicos potissimum, Herculeos sanè hoc loco referam, quòd neminē omnium totius orbis Mathematicorū invenerim, qui in Matheseos restauratione ad propositū meū propiùs accesserit,quā unicus Rheticus,quod præcedēti anno primū animadverti,summoq; cū gaudio legi,in epist.quam ad Petrum Ramum anno 1568. misit,in qua de libris suis ita scribit.

Quæ sequuntur opera Rame, partim perfeci partim adhuc sub incude habeo. Primùm cùm judicarē à fundamētis mihi Astronomica & Geographica tractāda, de fabrica canonis doctrinæ Triangulorū tres libros conscripsi, & ex Algebraicis industrijs radices canonis exquisivi. Porrò minimū canonem condidi pro usu quotidiano,ad partes ejus quæ ex centro,seu diametri lineam centum millium. Majorem verò pro exquisitiori Geometrico scrutinio, partiū cēties millies centenū milliū. Ac primam Canonis seriem adhuc plurium partium esse volui, juxta hos characteres Indicos 100,000. 10,000,000,000. 1,000,000,000,000. *Et omnes non tantùm ad partes lineæ ambitus, & partium scrupula prima,sed & ad decades secundorum scrupulorum sunt exquisita. Labor duodecim annorum,cùm ad hos labores semper aliquot Arithmetici mihi alēdi fuerint. Secundò conscripsi novem librorum opus, de doctrina Triangulorum globi cum angulo recto, & sine angulo recto. Huic accedit unicus liber decē præceptorum de triangulis in planitie, quem similiter ad novenariū librorū numerū augere constitui,si Deus vitā dederit. Tertiò hos subsequitur opus novem librorum* Τῶν Φαινομένων. *In his primò veras rationes capiendarum observationum ostendam, quibus exactè cognoscamus vera*

loca syderum, luminum, planetarum, cometarum, nec non omniũ quæ conspiciũtur in sublimi. Secundò Geographica etiam exercitia Astronomicis subiungo. In hoc opere placuit nobis quasi per lusum, varias rationes ostendere multarum novarum Tabularum Astronomicarum & Geographicarum. Demonstro tamen quomodo per solam Triangulorum doctrinam à nobis traditam, & nostro Triangulorũ canone sine alijs tabulis, omnia non minori facilitate exquirantur, &c. In hoc etiam opere exempla omnium parergorum Geometricorũ Procli introducuntur. Quartò nunc primùm accedam ad hoc opus quod & tibi in mentem venit, ut hypothesibus artem Astronomicam liberarem, solis contentus observationibus. Atq; utinã haberemus omnium ætatum observationes, idq; juxta nostras capiendi observationes rationes traditas, quas omnino judico easdem esse, quibus primi artis indagatores usi sunt, & talem tabularum modũ exquisiverimus, quòd non perpetua opus haberent emendatione. His subjungemus tabulas, inæquabiliũ motuum, ex quibus loca syderum & omnia phænomena, simili facilitate atq; ex ipsis ephimeridibus elicuerimus, &c. Clarissime Rame in his subsistere cogito: Nisi quòd Germanis meis Germanicam Astronomiam condo. In ea verò parte quæ est de effectibus syderum, Pandectas Astrologiæ in ordinem redigo: Sed & ejus condedi artem exquisitissimis artis fundamẽtis exquisitis. Habeo etiam præ manibus novas de rerũ natura philosophandi rationes, ex sola naturæ contemplatione, omnibus antiquorum scriptis sepositis. Idem in arte Medica factito. Et cum plurimũ Chemia delecter, ad ejus artis fundamenta penetravi, ut septem de ea libros delineaverim. Tot & tantà sunt quæ tracto, & ad quæ mihi hactenus ars Medica meus Mecenas sumptus suppeditavit, &c. Hæc Rheticus. Magnam horum librorum partem iam absolutam se vidisse, ante quadriennium ad me scripsit ornatissimus vir Ioannes Lasicius Polonus: inquit Bibliotheca Gesneriana.

Hos viros dum enumero, aliquos è meis discipulis præterire non possum, imprimis duos artium Magistros & Medicinæ studiosos, qui in laboribus hisce calculi ferẽdis, nõ rarò socios sese adjunxerũt M. BERNARDVM LORDEL Mosomẽsem, & M. IOANNEM vanden VVEEGE Boxtalensi. qui hoc tempore non exiguos in Mathesi fecere progressus; atq; non dubiũ est, quin post Medicinæ (cui uti par est peculiariter incumbunt) studium, totis viribus contendent, ut ad divinæ hujus scientiæ culmẽ perveniant. His quoq; adjungere libet D. THOMAM FIENVM Antvverpiensem, qui jam Lovanio relicto, Antvverpiæ Medicum agit, primoq; mobili, sed peculiariter horologiographiæ incũbit. Nec quoq; præterire possum D. CORNELIVM OPMEER Delphiũ, qui licet juri operã daret, me tamen Mathesin profitentem audivit libẽtissimè; ita ut in primi mobilis doctrina progressus fecerit non vulgares. Hi ergo & ipsi Mathesin aliquãdo proprijs ornabũt promovebuntq; laboribus. Præter hos & alij huic catalogo videntur annumerãdi, qui licet Mathesin non profiteantur (Typographos intelligo) maximis tamen impensis nobis libros doctorum virorum communicare non desinunt. Imprimis itaque Franciscus Raphalengius vir omnium linguarum, non dico Europæ, sed totius

orbis peritissimus,non contentus prælo Belgico, Germanico,Gallico,Italice, Hispanico, Anglico,Latino, Græco, Hebraico,quinimò & (quod jam præ manibus habet) Arabico, etiã Mathematica imprimit libentissimè, nullisq; parcit sumptibus,ut ea edat exquisitissimè. Hinc quãtos fecerit sumptus in illa Arithmeticæ & Staticæ Simonis Stevini aliorumq; librorũ editione,norunt qui ejus viri libros quotidie terunt. Ioannes Bellerus Typographus Antvverpiensis sphærica, Cosmographica atq; his similia varijs nobis (idq; non parvo sumptu) exhibuit linguis. Ad hæc Ioãnes Masius Typographus diligẽtissimus, omnes intendit nervos, ut ea quæ in Mathesi hîc Lovanij per eum excudi curavi, exactissima, omniq; labe carentia, prodirent. Deniq; Ioannes Keerbergius Typographus Antvverp. cum me plura in Mathesi meditari intellexisset, operam suam in illorum editione mihi obtulit. Reperiuntur quinetiam in alijs regionibus plurimi, quibus idem est studium. His certè omnibus non minores, quàm ijs qui nocte dieq; speculantur, Mathesis progressus sunt ascribendi.

His itaq; constat Mathesin hoc tempore (si quidem unquam id sperandũ sit) ad suã perfectionẽ pervenire posse, quod huic ideæ Mathematicæ, quã molior, præmittere volui. Nunc ad præsentem librum accedere est tempestivũ, in quo paucula annotanda duxi, ne eorum ignorantia errorẽ aut difficultatem pariat. Primùm numeros quibus hic utimur, propter eorum magnitudinẽ (ut qui aliquando pluribus quã ducentis quinquaginta notis simplicibus explicari debẽt) non uno semper contineri ductu, sed communiter duobus, non raro quatuor vel octo, aliquando & sedecim notarum contineri versibus. Secundò numerorum limites propter eandem caussam in certas periodos, easq; non vulgares quæ tribus; aut Romanorum quæ quinq;, sed Græcorum quæ quatuor cõstant limitibus esse distinctos. Tertiò puncta quæ inter limites ponũtur non esse terminos numeri sed periodorum. Quartò literas quæ aliquãdo notis Arithmeticis subjunguntur, limites implere, quod tũ à nobis factũ reperies, cũ vel laboris in supputatione obeũdi nos tęduit, vel certè cũ talia essent, quę methodus potiùs quã necessitas postularet, itaq; à labore hoc super sedere volui, alia necessariò magis aggrediẽs. Demũ quod ad calculũ attinet, licet is nõ sine insigni diligẽtia sit institutus, hominẽ tamen me esse cognosco, errori obnoxiũ, tũ in alijs, tũ in hoc potissimùm difficilimo opere, in quo numeri proponuntur aliqui, quos manus quidẽ notare, voxq; exprimere, mens componere valet, rerũ tamen materialiũ natura assequi non potest. Etenim si universum quod extima superficie primi mobilis comprehenditur arenulis repleretur, totq; mundi huic similes à Deo crearẽtur quot uniuersum hoc cõtineret arenulas, qui itidem mũdi omnes solis constarent arenulis; tamen numerus arenularum omnium illorum mundorum, à numeris plerisq; quibus hîc utimur, longo intervallo superaretur. In tã vastis ergo numeris, si forsan aliquis subrepserit error (cum etiã quandoque bonus Homerus dormitet) veniam dabit Lector, nihil hîc falsi pro vero scienter substitutum sciat, ideoq; conatibus nostris faveat. Hoc tamẽ non vereor polliceri, quę in primo libro tradũtur omnia, in secũdo verò progressum quartũ, in tertio verò Tabulæ quartæ partẽ à versu 18. usq; ad finem, exactissimè esse supputata. Hæc enim ad scopum meum, quem ab initio ob oculos mihi proposui, circuli videlicet quadraturam, sola facere videbantur. Vale.

PROBLEMA MATHEMATICVM

omnibus totius orbis Mathematicis ad construendũ propositum.

SI duorum terminorum prioris ad posteriorem proportio sit, ut 1 (1) ad 45 (1) -- 3795 (3) + 9, 5634 (5) -- 113, 8500 (7) + 781, 1375 (9) -- 3451, 2075 (11) + 1, 0530, 6075 (13) -- 2, 3267, 6280 (15) + 3, 8494, 2375 (17) -- 4,8849, 4125 (19) + 4, 8384, 1800 (21) -- 3, 7865, 8800 (23) + 2,3603,0652 (25) -- 1,1767,9100 (27) + 4695, 5700 (29) -- 1494,5040 (31) + 376, 4565 (33) -- 74,0259 (35) + 11, 1150 (37) -- 1, 2300 (39) + 945 (41) -- 45 (43) + 1 (45), deturque terminus posterior, invenire priorem.

Exemplum primum datum.

SIt terminus posterior *r bin.* 2 + *r bin.* 2 + *r bin* 2 + *r* 2. quęritur terminus prior. SOLVTIO. Dico terminũ priorem esse *r bin.* 2 - *r bin.* 2 + *r bin.* 2 + *r bin.* 2 + *r* 3.

Exemplum secundum datum.

Sit terminus posterior *r bin.* 2 + *r bin.* 2 - *r bin.* 2 - *r bin.* 2 - *r bin.* 2 - *r* 2. quæritur terminus prior. SOLVTIO. Terminus prior est *r. bin.* 2 - *r bin.* 2 + *r bin.* 2 + *r bin.* 2 + *r bin.* 2 + *r* 3.

Exemplum tertium datum.

Sit terminus posterior *r bin.* 2 + *r* 2, quæritur terminus prior.
SOL. Terminus prior est *r bin.* 2 - *r quadrin.* 2 + *r* $\frac{3}{16}$ + *r* $\frac{15}{16}$ + *r bin.* $\frac{5}{8}$ - *r* $\frac{5}{64}$

Si in numeris absolutis solinomijs id proponere libuerit: Sit posterior terminus *r* 3 $\frac{4142,1356,2373,0950,4880,1688,7242,0969,8078,5696,7187,5375.}{10000,0000,0000,0000,0000,0000,0000,0000,0000,0000,0000,0000.}$

Quæritur terminus prior. SOLVTIO. Terminus prior erit

r $\frac{27,4093,0490,8522,5243,1015,8831,2112,6838,8180.}{10000,0000,0000,0000,0000,0000,0000,0800,0000,0000.}$

EXEMPLVM QVÆSITVM.

SIt posterior terminus *r trinomia* 1 $\frac{3}{4}$ -- *r* $\frac{5}{16}$ -- *r bin.* 1 $\frac{7}{8}$ -- *r* $\frac{45}{64}$. quæritur terminus prior. Hoc exemplum omnibus Mathematicis ad construendum sit propositum. Non dubito quin ***Ludolf van Collen*** ejus solutionem, saltem in numeris solinomijs sit inventurus.

- *Polygona ordinata, de quibus in preſenti tractatu agitur ſunt vel angulorum*
  - *finitorum. Horũ doctrina vel radiũ circuli inſcriptiant circũſcripti*
    - *ſupponit uti datũ. Hac bipartita eſt. Nam vel veteribus fuit*
      - *nota, licet ob ſũmas difficultates calculi non fuerit ab ijs (uti nec à recẽtiorib⁹) culta: Qua iterum eſt tùm*
        - *quatuor circulo inſcriptorum, quæ fundamenti loco pro reliquorum inveſtigatione aſſumuntur.* LIBER PRIMVS.
        - *reliquorum à præcedẽtibus quatuor, per duplicationẽ numeri laterũ ortorum. Hac autẽ doctrina fit ex dato ſolo radio, atq; vel*
          - *ſucceſſivè & mediatè, quare tradenda ſunt hujus inveſtigationis*
            - *Media videlicet progreſſus quatuor.* LIB. SECVNDVS.
            - *Quæſita ipſa videlicet latera, perimetri & areæ dictorũ polygonorũ, tam circulo circumſcriptorũ quàm inſcriptorum.* LIB. TERTIVS.
          - *immediatè.* LIB. QVAR.
      - *incognita, Hæc fit iterũ vel per principia ijſdem veteribus*
        - *nota licet nõ animadverſa, uti per certos progreſſus difformes.* LIBER QVINTVS.
        - *incognita, jãq; primũ per authorẽ invẽta: Tradiantẽ debent*
          - *principia æquationũ, ſuntq; duæ tabulæ cõtinentes certas progreſſiones Arithmeticas.* LIB. SEX.
          - *æquationes, eaq; duplices videlicet quãtitatum generis.*
            - *ejuſdem.* LIB. SEPTIMVS.
            - *diverſi.* LIB. OCTAVVS.
    - *non ſupponit ſed vel eũdem inquirit, vel eo neglecto alia inveſtigat.* LIBER NONVS.
  - *infinitorum, uti eſt Circulus, cujus ambitus areaq; tradũtur ſecũdũ doctrinã*
    - *ſanam veramq; cum veritatis oſtenſione.* LIB. DECIMVS.
    - *erroneã falſamq; cum falſitatis convictione.* LIB. VNDECIMVS.

His coronidis loco aliquando (niſi aliorum authoritas ſententiam meam mutârit) operationes arithmeticas, nimirum multiplicationes, diviſiones, radicum extractiones, quas in præcedentibus libris ſuppoſuimus ſubnectemus, ita ut eas tradat. LIBER DVODECIMVS.

QVA-

QVADRATVRA CIRCVLI IN NVMERIS ABSOLVTIS SOLINOMIIS IVXTA DOCTRINAM LIBRI DECIMI.

QVantum ad circuli quadraturam veram attinet, eam proponemus & Geometricè, & Arithmeticè. Geometricè quidem secundum speculationes Nicostrati & Nicomedis, non tamē per motum imaginarium, uti fecerunt illi, sed per lineas duplicis generis sese intersecantes, uti & à Doctissimo CLAVIO factum reperi. Arithmeticè verò per ea quæ tertio libro sunt tradita, tam ambitū, quàm aream indagabimus: Cujus quidem investigationis hæc poterit esse summa. Postquam ostensum fuerit polygonorum quodvis circulo inscriptum esse circulo minus, circumscriptum verò circulo majus, tam secundum perimetrum, quàm aream: tum capiemus circulum cujus diameter sit 2, 0000, 0000, 0000, 0000. partium: cui asscripta duo polygona 2, 5165, 8240, angulorū intelligemus, unum quidem intra circulum, alterum verò extra eundem. His assumptis, circuli perimeter versabitur inter perimetros horū polygonorum, atque area similiter inter areas eorundem. Sed inscripti perimeter est 6, 2831, 8530, 7179, 5861. partium: circumscripti verò 6, 2831, 8530, 7179, 5863. partium: uti ex tabula quarta libri tertij est manifestum; ergo circuli ambitus inter hos duos terminos proximos versatur, ita ut qui 6, 2831, 8530, 7179, 5862, partium poneret, satis propinquè veritatem attingeret. Area circuli ob easdem causas major quidē quàm 3, 1415, 9265, 3589, 7930, 0000, 0000, 0000, 0000. partium, minor verò quàm 3, 1415, 9265, 3589, 7931, 0000, 0000, 0000, 0000. partium; unde qui 3, 1415, 9265, 3589, 7931, 0000, 0000, 0000, 0000. partium constitueret, is proximè veritatem assequeretur. Similiter si quis diametrū constitueret 2 partium is perimetrum inveniret $6\,\frac{2831,8530,7179,5861.}{10000,0000,0000,0000.}$ partium.

aream verò $3\,\frac{1415,9265,3589,7931.}{10000,0000,0000,0000.}$ partium.

Hæc ferè summa est libri illius, quam hoc loco referre libuit, ut usus horum librorum magis innotesceret.

M E-

METHODI
POLYGONORVM
LIBER PRIMVS.

AVTHORE
ADRIANO ROMANO LOVANIENSI.

Libri primi dispositio.

LIBER PRIMVS POLYGONORVM *continet rationem inueniendi latera quatuor polygonorum, videlicet trianguli, quadranguli, quinquanguli, & quindecanguli; quæ tanquam pro reliquorum polygonorum sequentibus libris inueniendorum fundamento præmittuntur. Praxes autem horum polygonorum, à variis traduntur variæ, vti quinquanguli per decangulum, quindecanguli per triangulum & decangulum, vel quinquangulum, quarum & nos aliqua meditati sumus compendia. Nos tamen reiectis hisce harumque similibus, eas tantum proponere intendimus, quibus ex dato solo radio singulorum polygonorum latera inueniuntur. Constat autem totus liber quatuor propositionibus, quæ quatuor polygonis dictis sunt propriæ.*

PROPOSITIO PRIMA.

TRIANGVLI ordinati circulo dato inſcriptibilis latus indagare.

THEOREMATA.

1. *Trianguli inſcripti latus poteſt triplum radij.*
2. *Trianguli inſcripti latus poteſt tres quartas diametri, mediumq́ proportionale inter eaſdem & reſiduum.*
3. *Trianguli inſcripti lateris ſemiſsis, eſt medio loco proportionalis inter quartam partem diametri & reſiduum.*

PRAXES.

1. Quadratum radij triplicetur, productum eſt quadratum lateris trianguli inſcripti.
2. Trium quartarum diametri quadrato, addatur productum ex diametri quarta parte vnica in tres reliquas, ſumma eſt quadratum lateris trianguli inſcripti.
3. Productum ex diametri parte quarta in tres reliquas quadruplicetur, productum eſt quadratum lateris trianguli inſcripti.

COROLLARIVM.

Hinc patet latus ipſum trianguli inſcripti.

EXEMPLVM.

DATA.

Radius circuli ſit	10000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000.
Quadratum radij ſit	10000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000.
Diameter ſit	20000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000.
Quadratum diametri ſit	40000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000.

Quarta

Quarta pars diametri	5000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000.
Tres quartæ diametri	15000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000.

PRAXIS PRIMA.

TRIPLVM quadrati radij, eſt quadratum lateris trianguli quæſitum	30000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000.

PRAXIS SECVNDA.

PRODVCTVM ex quarta diametri in tres quartas eiuſdem eſt	7500. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000.
Trium quartarum diametri quadratum eſt	22500. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000.
Summa eſt quadratum lateris trianguli quæſitum	30000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000.

PRAXIS TERTIA.

PRODVCTVM ex quarta diametri in tres quartas eiuſdem eſt	7500. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000.
Quadruplum huius producti eſt, quadratum lateris trianguli quæſiti	30000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000.

COROLLARII PRAXIS.

LATVS inſcripti trianguli eſt	17320. 5080. 7568. 8772. 9352. 7446. 3415. 0587.
	2366.9428.0525.3810. 10000. 0000. 0000. 0000.

PROPOSITIO SECVNDA.

QVADRANGVLI ordinati circulo dato inscriptibilis latus indagare.

THEOREMA.

Quadranguli inscripti latus potest duplum radij.

PRAXIS.

Quadratum radij duplicetur, productum est quadratuum lateris trianguli inscripti.

COROLLARIVM.

Hinc patet latus ipsum quadranguli inscripti.

EXEMPLVM. DATA.

Radius circuli sit	10000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000.
Quadratum radij	10000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000.

PRAXIS.

Duplum quadrati radij est quadratum lateris inscripti quadranguli	20000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000.

COROLLARII PRAXIS.

Latus inscripti quadranguli est	14142. 1356. 2373. 0950. 4880. 1688. 7242. 0969.

PROPOSITIO TERTIA.

QVINQVANGVLI ordinati circulo dato inscriptibilis latus indagare.

THEOREMATA.

1. *Lateris quinquanguli inscripti quadratũ, vnà cum quadrato medij proportionalis inter radium & radicem sesquiquartæ quadrati radij, æquatur duplo sesquialteri quadrato radij.*
2. *Laterisquinquanguli inscripti quadratum, vnà cum radice vigecupli potentiæ tertiæ semiradij, æquatur decuplo quadrati semiradij.*

PRA-

PRAXES.

1. A duplo ſeſquialtero quadrati radij, auferatur radix producti ſeſquiquarti quadrati radij in quadratum radij, reſiduũ eſt quadratum lateris inſcripti quinquanguli.
2. A decuplo quadrati ſemiradij, auferatur radix vigecupli potentiæ tertiæ ſemiradij, reſiduum eſt quadratum lateris inſcripti quinquanguli.

COROLLARIVM.

Hinc patet latus ipſum quinquanguli inſcripti.

EXEMPLVM PRIMVM. DATA.

Radius circuli ſit	10000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
Quadratum radij	10000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
Semiradius circuli	5000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
Quadratum ſemiradij	2500. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
Potentia tertia ſemiradij	625. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.

PRAXIS PRIOR.

Seſquiquartum quadrati radij eſt	12500. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
Productum eiuſdem in quadratum radij eſt	12500. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.

Radix producti est	1. 1180. 3398. 8749. 8948. 4820. 4586. 8343. 6563. 8117. 7203. 0917. 9805. 0000. 0000. 0000. 0000.
Duplum sesquialterum quadrati radij	2. 5000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000.
Huius & radicis præcedentis differentia, est quadratum lateris inscripti quinquanguli	1. 3819. 6601. 1250. 1051. 5179. 5413. 1656. 3436. 1882. 2796. 9082. 0194. 0000. 0000. 0000. 0000.

PRAXIS ALTERA.

Vigecuplum potentiæ tertiæ semiradij	12500. 0000.
Radix vigecupli est	11180. 3398. 8749. 8948. 4820. 4586. 8343. 6563. 8117. 7203. 0917. 9805. 0000. 0000. 0000. 0000.
Decuplum quadrati semiradij	25000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000.
Huius & radicis præcedentis differentia, est quadratum lateris inscripti quinquanguli	13819. 6601. 1250. 1051. 5179. 5413. 1656. 3436. 1882. 2796. 9082. 0194. 0000. 0000. 0000. 0000.

COROLLARII PRAXIS.

Latus inscripti quinquanguli est	11755. 7050. 4584. 9462. 5833. 7411. 9092. 7814.

$$\frac{5537.\ 1953.}{10000.\ 0000.}$$

EXEM-

EXEMPLVM SECVNDVM.

DATA.

Radius circuli ſit	20000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
Quadratum radij	40000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
Semiradius circuli	10000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
Quadratum ſemiradij	10000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
Potentia tertia ſemiradij	10000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.

PRAXIS PRIOR.

Seſquiquartum quadrati radij eſt	50000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
Productum eiuſdem in quadratum radij eſt	20. 0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
Radix producti eſt	4 4721. 3595. 4999. 5793.
	9281. 8347. 3374. 6255.
	2470. 8812. 3671. 9220.
	0000. 0000. 0000. 0000.

Duplum

Duplum ſeſquialterum quadrati radij	10. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000.
Huius & præcedentis radicis differentia, eſt quadratum lateris inſcripti quinquanguli	5. 5278. 6404. 5000. 4206. 0718. 1652. 6625. 3744. 7529. 1187. 6328. 0779. 0000. 0000. 0000. 0000.

PRAXIS ALTERA.

Vigecuplum potentiæ tertiæ ſemiradij	20. 0000.
Radix vigecupli dicti eſt	4. 4721. 3595. 4999. 5793. 9281. 8347. 3374. 6255. 2470. 8812. 3671. 9220. 0000. 0000. 0000. 0000.
Decuplum quadrati ſemiradij	10. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000.
Huius & radicis præcedentis differentia, eſt quadratum lateris inſcripti quinquanguli	5. 5278. 6404. 5000. 4206. 0718. 1652. 6625. 3744. 7529. 1187. 6328. 0779. 0000. 0000. 0000. 0000.

COROLLARII PRAXIS.

Latus inſcripti quinquanguli eſt	2. 3511. 4100. 9169. 8925. 1667. 4823. 8185. 5629.

$$\frac{1074.\ 3906.}{10000.\ 0000.}$$

PRO-

PROPOSITIO QVARTA.

QVINDECANGVLI ordinati circulo dato inſcriptibilis latus indagare.

THEOREMA ET PRAXIS.

Quadratum quindecanguli, vnà cum radice quintupli potentiæ tertiæ ſemiradij, & radice binomia trigecupli potentiæ tertiæ ſemiradij, minùs radice centupli octogecupli potentiæ ſeptimæ, æquatur ſeptiquadrato ſemiradij.

COROLLARIVM.

Hinc patet latus ipſum quindecanguli inſcripti.

EXEMPLVM PRIMVM. DATA.

Semiradius circuli ſit	5000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
Quadratum ſemiradij	2500. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
Potentia tertia ſemiradij	625. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
Potentia ſeptima ſemiradij	39. 0625. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.

PRAXIS.

Centuplum octogecuplum potentiæ ſeptimæ ſemiradij	7031. 2500. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
Radix huius eſt	8385. 2549. 1562. 4211.
	3615. 3440. 1257. 7422.
	8588. 2902. 3188. 4854.
	3221. 4660. 1586. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
Trigecuplum potentiæ tertiæ ſemiradij	1 8750. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
Differentia huius à radice præcedenti eſt	1 0364. 7450. 8437. 5788.
	6384. 6559. 8742. 2577.
	1411. 7097. 6811. 5145.
	6778. 5339. 8413. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.

Radix

Radix huius differentiæ	1 0180. 7392. 0910. 2543. 6690. 1961. 7267. 8781. 5297. 0214. 6632. 8852. 0000. 0000. 0000. 0000.
Quintuplum potentiæ tertiæ ſemiradij	3125. 0000.
Radix huius quintupli	5590. 1699. 4374. 9474. 2410. 2293. 4171. 8281. 9058. 8601. 5458. 9902. 8814. 3106. 7724. 0000.
Summa harum duarum radicum vltimarum	1 5770. 9091. 5285. 2017. 9100. 4255. 1439. 7063. 4355. 8816. 2091. 8754. 0000. 0000. 0000. 0000.
Septuplum quadrati ſemiradij	1 7500. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000. 0000.
Differentia huius à ſumma præcedenti, eſt quadratum lateris inſcripti quindecanguli	1729. 0908. 4714. 7982. 0899. 5744. 8560. 2936. 5644. 1183. 7908. 1245. 0000. 0000. 0000. 0000.

COROLLARII PRAXIS.

Latus inſcripti quindecanguli	4158. 2338. 1635. 5186. 7420. 3484. 5688. 1025.

$$\frac{0332.4331.6952.1255.}{10000.0000.0000.0000.}$$

EXEMPLVM SECVNDVM.

DATA.

Semiradius circuli ſit	1 0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
Quadratum ſemiradij	1 0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
Potentia tertia ſemiradij	1 0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
Potentia ſeptima ſemiradij	1 0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
	0000. 0000. 0000. 0000.
